Tu verbum pater alme tuum: natumqz: vetumqz:

Concedis terris totum: similemque paremque.



Ex vero verum : viuaq; ab origine viuum :  
Ille tuis doctus monitis hoc addidit vnum  
Ut super equoreas nabat qui spiritus vndas  
Pigra immortali vegetaret membra lauacro  
Trina fides auctore vno spes vna salutis  
Hunc numerum iunctis virtutibus amplectendi :  
Tale terrenis specimen spectatur in oris .  
Augustus genitor : geminum sator augustorum  
Qui fratrem natumq; pio complexus vtrumq;  
Nimine partitur regnum neq; diuidit vnum  
Omnia solus habens : atq; omnia dilargitus .  
Nos igitur nobis trina pietate vigentes  
Rectores terre placidos celiq; ministros  
Christe apud eternum placabilis asserere patrem .

¶ Macarius Abbas Eques Cameræ  
de Triumpho Christi .

i Infernos aditus : z fracti claustra profundæ  
Æthera pulsata manu : spoliataq; ceci  
Antra ducis canimus : Christi pia mensa triumphū  
Incipe : siderei dicam Spectacula regni .  
Christus vt immensa descendit luce sub vmbra  
Horrentes : mortisq; domos z regna silentium :  
Inuasitq; erebo clausus trepidante recessus :  
Morruit immanis percussæ ianitor orci :  
Impulseq; procul disiecto cardine ditis



Procubere fores : timuit pallentis aëni  
Regia : nigrarumq; cohors turbata sororum  
Occulit pauidis horrentia monstra cerastis .  
Aduentante deo tremuerunt sceptrâ recluse  
Noctis : z attoniti dextra cecidere tyranni  
Protinus : atq; imas barathri periere latebras  
Confusumq; chaos : secretaq; tartara manes .  
Ille serenata per aperta silentia fronte  
Ingressus : pigram nubem noctemq; fugabat .  
Ante oculos furui pulsa caligine mundi :  
Sternebant sese passimq; equata iacebant  
Obuia : tum nouies stygijs circumflua campis  
Cessit nigra palus regi : lachrymasq; remisit  
Et tristes cocytus aquas : cursumq; negauit  
Ut stetit in medio cœtu castoq; piorum  
Concilio : inferna quos olim sede repostos  
Expectata salus sperando leta fouebat :  
Qua diu patribus sanctis optata resoluit :  
Lachrybus : z lentis vacuauit pectora curis .  
Effulsit promissa dies : delapsus ab alto  
Sum deus : humana tandem sub imagine corpus  
Mortalesq; vices subij . nam frigora z estus  
( Ut fors dura dabat ) coniuncto numine sensi  
Factus homo : seuamq; tuli per vulnera mortem  
Vite auctor : digitis etiam explorare licebit

Contio  
Christi



Ingentem lateris plagam : manibusq; reflexos  
Et pedibus clauos fossis : dum corpus operto  
Accipiam rursus tumulo : primusq; resurgam  
Jam patiens iterum leti , redimenda redempta  
Morte mea vita est hominum , sic mystica solui  
Dicta patres : varias olim complexa figuras  
Flexibus ambiguis : que consumanda supersunt  
Proinus absoluam : nunc vestra ergastula sunt  
Libera : damnatis calcata superbia cristis  
Submissa ceruice gemat : rebusq; secundis  
Inuidia infelix aliorum sorte benigna  
Precipue vestra doleat : rabieq; cruentas  
Ira premat fauces : ignaua per ocia vitam  
Torpor iners damnet : nimiumq; insana cupido  
Longestiq; fames auri : turpisq; voluptas  
Infande veneris : ventris quoq; laxa vorago :  
Aeternum cecis tenebrarum linquitur antris  
Nos alacres mecum supera ad conuexa triumphū  
Ducite felices animū : super alta reducam  
Sidera stelliferosq; axes : vbi regna beatos  
Nullo fine manent : patris dabo cernere vultis  
Quos refero : etherea concessa in luce quiete  
Nec inter letas animas immensa pererrant  
Gaudia : leticiam radiantis gratia frontis  
Spargebat : stygijs diuorum gloria regnis

Septem vitia  
capitalia .



**Responsio**

Spectatur presente deo : gaudentq3 tueri  
Etq3 silent : auidos tardat reuerentia plausus  
Orantis : postq3 diuina silentia fandi :  
Concessere vices : grato pia munere turba  
Lepit : z innumeris audita est vocibus vna .  
Venisti o superum celsi regnator ab arce  
In tenebras : nostrumq3 chaos visurus adisti .  
Squalentes sine luce domos : z nigra profund  
Regna soli : mersis erebi sub carcere tandem  
Expectatus ades : nec spes frustratur : orantis  
Ora ducis spectare licet : tu victor auerni  
Humaniq3 salus generis : tu nostra relaxas  
Vincula : z obscuras damnatas nocte latebras  
Te duce tenareis fugimus loca tetra caernis  
Horrendasq3 vmbrias : abstrusaq3 linquimus antra  
O pietas : vnde hoc potuit mortale mereri :  
Aut sperare genus : regem descendere ab astris :  
Induat vt serui formam : penasq3 nocentum  
Ipse luat : vitamq3 reis vt sponte rependat  
A morte sua : quid enim solio traxisset ab alto :  
Immortalis eras : mortalia fata subire  
Suasit amor : flexit pietas : clementia culpam  
Diluit : vt superas tecum redeamus in oras .  
Duc age : te sequimur : tibi fas : te gloria solum  
Tanta manet : iustam superata morte triumphum :



Talibus intentis croceo titonia peplo  
Aurea surgebat rosei lux tertia mundi :  
Aurea puniceis sparsit confinia flammis :  
Extemplo sublimis abit : circaq; frequentes  
Obsessam tenebris sedem noctemq; relinquunt  
Insignes anime : proceres : vulgusq; beatum  
Et notas repetunt auras terrasq; renifunt .  
Hic postq; manifesta fides dubitancia soluit  
Lorda metu : chareq; simul genitricis amorem  
Implevit : monuitq; suos : mundoq; resurgens  
Lerta triumphato patefecit numina leto  
Ad patrem superũq; choros remeavit in astra :  
Gratioz haud vnq; celo nec letioz alto  
Vlla dies orta est : tanta nec luce sereni  
Arrisere poli : nitido nec purioz orbe  
Flammiferos titan radiantem gurgite currus  
Exulit : z claro spectavit ab ethere terras .  
Quo rapit inualidas preceps audacia vires  
Quo summi secreta dei spectacula cantu  
Ordinar : z diuum celestes ordine pompas  
Exequar : aut tantos capiam qua mente paratus :  
Tu quecumq; voles alti monumenta triumpho  
Qui nigris remeans dixisti victor ab umbris  
Pande mihi : quantũ ipse dabis mihi dicere fas est .  
Scandebat niuea suspensus nube serenum

℞



Aera libratis celi per itania plantis  
 Chastus : z etherij repetens fastigia regni  
 Sideriū redigebat iter : dextraq; salutis  
 Signa ferens : sanctas ducebat in ardua turmas  
 Expectante polo : fulgebant vertice sacro  
 Regis adorati vultus : vnde omnia circum  
 Splendebant radijs : oculos quocūq; ferebat  
**Catalogus** Spectatus grata ridebat lampade mundus .  
 Done sequebantur comites examine longo  
**Adam .** Sublimes anime : primo commissa parenti  
 Prima phalanx : pascūq; genus : cui clara propago  
**Abel .** Mererat pastor : primus qui munera grato  
 Sacra deo : primos levis a matribus agnos  
 Obtulit : z primus crudelia vulnera sensit  
 Germaniq; manus violentaq; funera cedis  
**Seth .** Invidia suadente nefas : prope frater ademit  
 Qui luctum : mortisq; tulit solaria mesto  
**Filij Seth** Patre satus : prolesq; etio documenta sequenti  
 Que scripsit geminis celū scrutata columnis  
 Et gens pasca simul septem que in secula vixit  
 Lassa dei soboles superis intenta : nec vllas  
 Illa hominū cupijt natas auramue secuta est :  
 Hinc qui diluvio terris vndante capaci  
**Noe .** Puppe novos circū fluctus desperit z equos



In solitū : viduo seruans animalia mundo	
Et pater et structa sedit qui filius ara	Abraam
Abactandus gladiū spectans dextramq; parentis	Isaac
Iussa parat : dum sacra senex : patriamq; nefando	Loth
Crimine damnatam : diuinaq; sulphura z ignes	
Ardentesq; videre domos : pollutaq; tecta	
Qui spreuit : retro flexit que lumina coniunx	
In statuam mutata salis : tum victus amore	Jacob
Inuicto iuuenis bis septem qui tulit annos	
Seruitiū . primas flammis pactosq; hymeneos	
Suspirans : iuxtaq; natus cui leta iacenti	Joseph
Uisa iubar placido summittere sydera somno :	
Fraternosq; suo stratos sub mergite culmos	
Uidit adorantes : magni presagia fati .	
Et fratrum fecunda cohors : numero saq; pubes :	
Et clarus patrum sanguis : cui fusa per orbem	
Immensum latis resonat patientia terris .	Job
Lecta manus patrum : quos inter maximus alti	
Precipuo splendore micans lux agminis ibat .	
Accepit rutilo fumantis vertice montis	Moses
Eterni qui iussa dei : magnusq; sacerdos	
Inscriptas humero gemmas : tunicamq; iacyntho	Aaron
Intextam roseo : quam circum mala rubebant	
Punica : qui primus radiantibus induit oris	



Conspicuo fulgens ostro byssoq; decorus  
**Meleazar** Dum litat : z flauo limbus circūsonat auro .  
 Monstratiq; heres sacri cultusq; paterno :  
**Josue** Et volucres phebi potu't qui sistere currus  
 Produxitq; diem victor . quiq; ora gigantis  
**Dauid** Accinctus funda fregit : cytharaq; canoros  
 Arguta cecint modulato carmine psalmos .  
**Meliseus** Et qui diuisas sicco pede transiit vndas  
 Fluminis : hospitio gratus dum premia natum  
 Dat sterili : z functum vita dum suscitāt orbe  
 Quemq; vtero exceptum cetus vectare per vndas  
**Jonas** Nequiores valuit : tutumq; exponere terris  
 Etq; oculis captus tenebris : quem sparsit hirundo  
**Tobias** Nec prius aspexit lustrari lampade celum :  
 Oblita q̄ natus seruato lumina piscis  
 Felle ducis monitu absterfit : tum flebile thzenos  
**Miere** Qui scripsit querulos numeris : quiq; ora leonum  
**Daniel** Seua lacu medio securus mulsit z vngues :  
**Abacuc** Et qui mulcenti portauit prandia raptus  
 Vertice per vacuum : simul z fornace profunda  
**Tres pu** Impia qui tumidi risere incendia regis :  
**Esdras** Quiq; memor leges chaldeis ignibus vstas  
 Reddidit : z septem fortissima pectora fratres  
**Machabei** Qui lingua z manibus scelerato vulnere cesis



Subiectas passi flammis sartagine clausi :  
Ab ille alijs clare gestis : aciesq; subibant  
Queq; suum comitata ducem : mille agmina passim  
Lernere erat variosq; globos : quos altus honore  
Prestabat : regum natam qui sanguine pisco  
Reginam celo genuit matremq; tonanti  
Et modo Jordanis dominū qui lauerat undis  
Quinq; crucem merito passus dextraq; pependit  
(Tantum extrema fides : summiq; modestia voti  
Prestit) asserris surgebat in ethera diuis  
Ordine quisq; suo : quos ingens turba volucru  
Infantu : dulces anime nunc ore decoro  
Et risu ambibant : nunc oblectamine vocu  
Lertantes blandis implebant cantibus aures :  
Hi sunt quos veneris non attingit vlla voluptas :  
Nec macula infecit teneros : nam vulnere acerbo  
Infantes primo liquerunt limine vitam .  
Tunc hilaris celu scandens manus astra subibat .  
Landida supremi decus z pars magna triumphi  
Nec pia femineo cessabat gloria sexu :  
Prima parens alias acies : ac signa regebat  
Atq; alios amissa choros in regna vocabat  
Abste recepta ducis : matru spectabilis ordo  
Hanc nate casteq; murus neptesq; secute

Pater  
virginis  
Joannes  
Bap.  
Latro

Innocentes

Eua



- Sara** Queq; diu sterilis secundam sponte mariti  
 Connubio famulam iunxit : sobolemq; benigno  
 Illius amplexu fouit : sua gaudia partus  
 Et tulit : z nato arrisit despecta senectus .
- Filie Loth** Et que sopiti lectū subiere parentis  
 Et fratres peperere sibi : ne st rpe carerent .  
 Hic amor in venerem duxit non feda voluptas  
 Humanū reparare genus solūq; putantes
- Rebecca** Orbe patrem toto mundi superesse fauillis :  
 Tum mater gemini sensit que prelia fetus  
 Dum properat : nasciq; prior dū pugnat uterq;  
 Hic manibus retrahitq; pedes : hic calce repellit .
- Lia Rabel** Et que coniugium furtim thalamosq; sororis  
 Preripuit : septemq; alios deduxit in annos .  
 Utraq; chara deo : communis ferre mariti  
 Alternas contenta vices tantū emula partus .
- Delbora** Queq; sub umbroso resp; ondit tegmine palme  
 Et solymos octo rexit iustissima lustris  
 Consilio : z longam peperit post bella quietem ,  
 Et que iudicio saluo intemerata pudore
- Sufanna** Pertulit z falso conuicit crimine testes .  
 Assirys z que voluit se credere castris
- Judith** Aeternū meditata decus : cesiq; cruore  
 Aspersit viduas animoso vulnere palmas  
 Hostis : z obesse victrix caput intulit vrbī .



Hinc regina comes patrū formosa gementem **Hester**  
 Et populū tutata suum : sine nomine circum  
 Turba frequens leta diuitas complexa corona :  
 Et gemine claras inter duo lumina matres :  
 Tendebant gressus liquida regione volucres :  
 Altera : que dominam celi terreque potentem **Anna mater**  
 Heciderat : felix sero tamen altera fetu **virginis**  
 Qui regis precursor iter monstravit : et illo **Elisabeth**  
 Femineo maior partu non attingit auras ,  
 Innumere alie castis que milibus ibant  
 Admixte : z vario concordēs ore canebant :  
 Quis turbam variosque duces populique beati  
 Signa canat : densasque acies : quis te inclita dices  
 Nomina syderei scandentis summa triumphi :  
 Scindebant puras auras : puroque volabant  
 Orbe viri : matresque simul castesque puellæ  
 Annosque senes : puerique z leta iuuentus  
 Precipue vates experti vera fidemque **Prophete**  
 Dictorum : pulchro subeuntes agmine pompe :  
 Sacra manus dilecta deo : que numine vero  
 Afflata : z sancti stimulis agitata caloris  
 Euentis rerum celiq; arcana reclusit ,  
 Una omnes dulci mulcentes sydera cantu  
 Aethereas arces promissaq; regna petebant .  
 Interea leto ditiorum ianua celo



Ardua laxabat supremi tecta parentis  
Lethicolūq; domos placidas : clarosq; penates  
Aurea perpetuis superū laquearia flammis  
Ardebant : sacriq; tholi sedesq; tonantis :  
Stellateq; fozes accensa per atr' a lucem  
Spargebant nitidis ignem miscentibus astris  
Regia sublimi pompa : luxuq; beato  
Obuia prodibat : celiq; exercitus omnis  
Summa potestates ducebant agmina : z alte  
Virtutes celsiq; throni : tum classica sancto  
Ore procul clangore pio pia signa canebant  
Victoris vexilla dei lectasq; cohortes  
In superum cetus longo testantia cantu  
At circum propiore sono recinente citatis  
Ad cytharam leuibus digitis plectroq; volanti  
Innumera certant lyra : discrimina mille :  
Mille fides icris vario modulamine chordis  
Et totidem surgens ad sacras barbitus odas  
Adebat : duplicesq; manus agitantia nauia  
Lymbalaq; z pulsus resonabat bractea palmis  
Tinnitūs tremula crispans ad carmina dextra  
Nec minus obliquas iungebat consona voces  
Plurima compactis respondens tibia cannis :  
Et sinistra z grato crepitantia tympana bombo



Sambuce : et molles numeri quos temperat vnda  
Hydraulis : celeste melos referente monaulo  
Diuinos iungere modos : rhythmosq3 sonantes  
Acta dei : tales modulans symphonia cantus  
Veta triumphantes reuocabat in ethera diuos :  
Ut valuas tetigere poli : exultantia claustra  
Intrantem sensere ducem : micuere benignis  
Igmbus et dulci tonitrus crepuere sereno  
Accepte lux alma pios : fouitq3 beati  
Aura loci : incedunt : pariter : speciemq3 timentur  
Aeterni summiq3 boni domus alta nitebat  
Diuino fulgore acies : dum templa subirent  
Celsa poli : mediasq3 vias super astra tenerent  
Tantum erat ad celi solium mundi q3 tribunal  
Quo summa eterni fulgebant ora parentis .  
Tum vero audite voces et carmina sacris  
Dicta choris : laudes et fortia gesta triumphi  
Tollebat gauisa manus : gratesq3 canebat  
Ante pedes affusa ducis : vultuq3 sereno  
Intentos oculos mentesq3 eterna voluptas  
Pascebat : geminata pio tum gaudia plausu  
Leticiaq3 suis explebant pectora votis .  
Ipse triumphator magno cum patre sedebat  
Sublimis : dextram sedem sceptrumq3 tenebat .



Maestate pari vnde equa ditione gubernat  
Omnia : sola eademq3 tribus sociata potestas :  
Que facies : que uis ora dei : quis cultus olympo  
Quoue pater natū vultu amplexuq3 recepit  
Dicere mortali vetitū : nec scire volenti  
Plura datur : superantq3 meas celestia vires .  
Sed cū summa dies aderit : cū nostra redibunt  
Corpora post obitus : vbi flamma vindice mundus  
Arserit : ethereos vultus habitusq3 licebit  
Lernere quū densa iudex in valle sedebit  
Eternus iusta decernens vltima lance .  
O vtinam dextra liceat sedisse tonantis  
Electos inter cuneos : adesq3 beatas  
Scandere : z extremo saltem remeare triumpho ?

TELUS.

PUBLII GREGORII EPHEMIA  
Poete Illustris Hymnus In Trinitatem.

h Sic meliore lyra maiori hic carmine Lio  
Eldis sancta precor : nam parui magna mouemus :  
Etq3 deū pariter trinum cantamus z vnum  
Qui terram regit immensam : ventosq3 fretumq3  
Et iubar z currum solis lunamq3 nitentem .  
Stellarumq3 poli flexum z sublimia recta :  
Qui demum ingentes mundi moderatur habenas



Idic neq; nascendo cepit : neq; desinet vnquam  
Sanctus z eternus nullo mutabilis euo :  
Non hic a puero tulit incrementa pusillo :  
Non longo exhaustam spatio tristemq; senectam  
Persensit : quem semper habet seruatq; vigorem .  
Aendaces homines quorum facundia fuco  
Desuper inducto credi vel falsa coerces  
Ipsa sed in primis mentita est Gnosia Crete  
Ideo commenta Iouem creuisse sub antro .  
Si deus vt Brai perhibent erat ille deorum  
Tempora non varios illi distincta per annos  
Decurrunt : qui cuncta simul presentia cernit  
Nescius occasum postremo nescius ortum  
Idic pater hic magni solus dominator olympi :  
Sed patrem nemo certa sine prole vocabit  
Aens igitur nec parua loquor fecunda parentis  
Bermen ab eterno atq; ante omnia secula natum  
Aaestate parem genuit : qui sensile corpus  
Consilio patris archano et mortalia sumpsit  
Ora sibi : atq; hominum concretos induit artus :  
Scilicet vt prime commissa ab origine gentis  
Contractamq; sua labem cum morte piaret  
Huncius id propter celo demissus ab alto :  
Qui caste diuina tulit mandata puella



Unde ea concepit : nostros mysteria sensus  
Alta dei superant : quare non singula sector  
Sed quasi de pleno quedam lego lilia campo :  
Et Christum peperit dictu mirabile virgo  
Virgo alias ante omnes felicissima matres .  
Tū vero imperium mundi Romanus habebat :  
Tum dire lites : tunc horrida bella tacebant :  
Tum tranquilla quies : tū pax erat alta per orbem  
Celestem in terris expertem crimine vitam  
Inter mortales deus immortalis agebat .  
Qui licet exemplum foret et pietatis imago  
Ac opera efficeret magnas miranda per vrbes .  
Ut tamen ad iugulū nōnunq̄ ducitur agnus  
Et tener innocuo respergit sanguine terram  
Sic quoq̄ vir sanctus morte est affectus acerba :  
Usq̄ adeo est hominū genus ingrātūq̄ nocensq̄  
Nuius ad interitū iniustū cedemq̄ nefandam  
Signa dedit manifesta quidem atq̄ horrentia mundus  
Maximus extemplo tonitru concussus olympus :  
Inq̄ die medio tenebris nox atra profundis  
Morruit : 2 nullo fulserunt sydera celo :  
Talia ne clarus spectaret crimina titan  
Defecit : vultusq̄ suos lucemq̄ negavit  
Cum neq̄ tunc vllē turbarent aera nubes



Aurea nec phoebe prohiberet lumina fratris :  
Ipsa quoq3 immensis subito commota cavernis  
Horrendū in cremitu sub lato murmure tellus :  
Quin etiam lapides ingenti mole feruntur  
Sponte sua scissi : sanctorū multa viroꝝ  
Rursus in antiquam redierunt corpora vitam :  
Interea manes Christus descendit ad imos :  
Etq3 animas insontes multoꝝ inde recepit  
Ferrea non ipsi portarū obsistere claustra  
Eualuere deo non vllū occurrere robur  
Ut magno occursum Alcide qui dicitur olim  
Tartareas adijisse domos infernaq3 regna :  
Si sacra cū rebus sunt admiscenda prophanis :  
Ille sed in vitam redijt post funera victor  
Tertia cū latū lux effulisset in orbem :  
Cumq3 palestina sese monstrasset in ora  
Tandem immortalis conscendit corpore celū  
Hic pater eternū spirans z natus amorem  
Aequalem sibi :  
Hic est ille dei vigor hic z spiritus ille est  
Purior z flammis volucris z pernicioꝝ aura :  
Qui solet in sanctas mentes z pectora labi :  
Quiq3 per electos est vates sepe locutus :  
Unde fit vt numen trinum credamus z vnū :

D



Sed miseri simulachra deum qui vana colebant  
Et quibus obscura et tetra caligine cecis  
Contigit auctorem proisus non noscere rerum.  
Qui tantum vere est cum vere cetera non sint  
Ex alio vitam que nascuntur et ortum.  
Namque quod est verum semper quod semper et unum  
Idque sua quod sponte manet propriaque viget vi  
Quod simplex summeque bonum summeque beatum  
Tantopere humanis quesitum mentibus hic est:  
Qui mortale genus terrena mole caducum  
Fecit: et eternas celestia semina mentes:  
Qui duo nascentum statuit primordia, namque  
Principio altricem sylvam rerumque parentem.  
Que generum in sese caperet simulachra creavit:  
Edidit et speciem: que cum prestantior esset  
Afferret pariter vitam rebusque decorem.  
Et quibus hoc celum: et que nos elementa vocamus  
Corpora sub nostros demum venientia sensus  
Condidit: ac miro iunxit discordia nexu:  
Ipsumque omnigenis redimitum animantibus orbem  
Fecit ad exemplum mundi melioris et instar.  
Quem postquam exacta perfectum reddidit arte  
Uim dedit ex illo produci cetera possent:  
Nam duo magna deus prefecit lumina mundo;



Altera que noctem curarent : altera lucem :  
Multiplices lune cursus : z lampada solis :  
Per duodena rote gradientem limite signa  
Luius ob accessus varios : variosq; recessus  
Certe alij menses : alie vertuntur z hore :  
Et Cererem tellus atq; ipsa animantia gignit :  
Hinc pecudes : animal mutū : rationis z expers :  
Hinc oriuntur aues : genus hinc atq; omne ferarū :  
Et quamcūq; trahunt magno sub gurgite vitam :  
Hinc etiam stirpes : quarū pars altera campos :  
Pars iuga pretextu viridi montana coronat  
Hinc simul argenti sunt auriq; metalla :  
Que genitor rerum magni moderatoz z orbis  
Scilicet vt maneant eterna luce procurat .  
Luius z iniustu folium non excidit vnum :  
Non equidem credo : nec plane assentioz illis  
Qui minime curare deum mortalia dicunt :  
Nam ni cura vigil celestum cuncta gubernet :  
Mor peritura petant discordia semina litem :  
Ergo dei imperiū immensum : atq; immensa potestas  
Qui celi quotiens specula despectet ab alta :  
Et mare quod magnū est : z terras ordinis imas  
Tartaraq; a longe : solo mouet omnia nutu .  
Et licet inuicto superentur cetera fato :

Dij



Solus at ipse tamen pessum tenet omnia fata :  
Horribilesq; suo compescit numine parcas :  
Nec dubiū quin cūcta deus dissoluere possit  
Et celū z pelagus simul : z quas condidit auras  
Si velit ac globū penitus conuellere terre .  
Sed pulchrū conseruat opus pulcherrimus auctor  
Talis hic z tantus totū complectitur : atq;  
Lū sit ubiq; tamen ( dictu mirabile ) nusq; est  
Nunc neq; mortali fas quēq; cernere visu ;  
Nec perferre potest acies humana tuendo  
Illud inexhaustū : z non aspirabile lumen  
Quo nihil est melius : certe maiusve putandū .  
Sed furoz est animo : si quis cōprendre sumit  
Dosse dei secreta putat : vel promere lingua .

¶ **IN BEATA MARIAM  
VIRGINEM :**

Virgo decus celi : virgo sanctissima : virgo  
Que super angelicos es veneranda choros  
Tu niueas formosa rosas : tu candida vincis  
Lilia : tu vultu vincis z astra tuo :  
Pura columbelle similis : quam lactea vestit  
Penna : nec in toto corpore menda sedet .  
Quas tu non longe precellis virgo Sibyllas :  
Que tibi conferri deniq; nympha potest ;



**Tu mater dilecta dei: tu sponsa vocaris:**  
Precipua tantū virginitate places:  
**Que licet edideris dictu mirabile Christum:**  
Attamen vt fueras intemerata manes.  
**Per te nostra caro (meritis ita femina fulgens)**  
Est immortali conciliata deo.  
**Tu sacrum templum: tu fons vberimus ille es:**  
Cuius inexhaustam detrahit vnda siccum.  
**Imus ad ethereas te nos interprete sedes:**  
In celum per te virgo patefcit iter.  
**Auxilio regina tuo non vllius arma**  
Nullius horremus te vigilante minas.  
**Tu clypeus tu thorax z tu mortalibus vnum**  
Presidium miseris per fugiumq; pates.  
**Cum malus assidue mortales raptor oberret**  
Esuriens pauidas vt lupus ambit oves:  
**Tu facis insidias eius vincamus: z artes**  
Tu rapido tutos a phlegethonte facis.  
**Tu precibus supplex nunq; cessantibus oras**  
Ut nam fiat mollior ira tui.  
**Hi facias adeo passim creuere nocentes**  
Funditus humanū deleat ille gentis.  
**Tu pia sperantes in te non deseris vnquam**  
Tu vacuas clemens non sinis esse preces.  
Dij



**Tu** das optatam languenti sepe salutem :

**Eripis** e duro carcere sepe reum .

**Te** vocat in partu mulier ; te miles eandem

**Subuenias** querulo saucius ore rogat :

**Sepe** procelloso iactatis equoꝛe nautis

**Dirigis** in portū stella serena ratem :

**Erigis** afflictos : egris solatia prebes

**Sepe** venis terra sepe vocata mari :

**Tu** morbos diramqꝛ famem : bellūqꝛ coꝛceas :

**Erigis** a terris pestis ⁊ omne genus :

**Hinc** votiuā tuis ponuntur munera templis :

**Que** sita sunt virgo milia multa tibi .

**Nemo** per hec tutus sine te deserta viator :

**Nemo** per hoc pelagus te sine sospes erit :

**Et** quoniam claudis portas : ⁊ pandis olympi :

**Et** quia tu talis ⁊ quia tanta potes .

**Per** precor auxilium virgo sanctissima nobis :

**Et** seruatricem porrige queso mantim .

**Illisa** est scopulis ⁊ fundo impacta carina :

**Nec** sine te navis currere nostra potest :

**Nam** nisi pro solita tu nos pietate misellos

**Foueris** : ad cuius confugiemus opem .

**ZELOS.**



¶ Untrenberge in officina Joannis  
Bronenbergii. Anno. M. D.

XX.

Die. X. Mensis Martij.

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*





Einige Ambrosius...  
Königsberg, Anno 1612  
H. H.  
H. H. H. H. H. H.





6.01.86

802 1092

ULB Halle 3  
001 342 193  



Sbr











B.I.G.

Farbkarte #13

# Contenta in hoc libello.

- ¶ Carmen Philippi Beroaldi de die Dominice  
*Cum quodam passionis. Cum viderem Iuanes*
- ¶ Hymnus Aurelij Prudentij Inuentor rituli
- ¶ Coeli Lactancij Firmiani de Christi Resur-  
rectione Carmen.
- ¶ Carmen Ausonij Deonij de festo paschatis.
- ¶ Carmen Macarij Lamertis De Triumpho  
Christi.
- ¶ Hymni Zipherni In Trinitatem  
In beatam Virginem.

CC